1158 utraque parte fortissimi ceduntur milites. Nunc hii vincuntur, nunc illi. Videns autem predictus princeps se eis sufficere non posse ad regem Boemie plurimos mittit nuntios rogans ut ei sua' subveniat militia. Hec audiens rex Boemie tympanum ~~bellicum~~ signum bellicum percuti precipit. Non fit mora,[1] armatur militia, pugnantibus in auxilium progreditur. Hec audiens Ludwicus Mediolanenses a se repellere armis fortius instat. Interea ipse rex Boemie in suis splendidus armis cum sua forti militia primam militiam Mediolanensem aggreditur, ipsum principem eorum et vexilliferum Dacium medium lancea perfodit, qui ibi mortaliter perfossus occubuit.[3] Ceteri vero milites Boemie, qua quis potest, irruunt in hostes, umbo umboni alliditur, pes pede teritur, fortium virorum fortissimi resonant ictus. Mediolanenses pro libertate adversariis suis fortissime resistunt. Ex utraque parte fortissimi ceduntur milites. A vespertina hora usque ad crepusculum durat prelium. Mediolanenses ~~tandem~~ tandem plurimis amissis et captis Boemorum ictus plus non valentes sustinere infra muros se retrahunt, quos Boemi victores usque ad ipsas portas cedentes insecuntur. Interea nox ~~pro~~ prelium dirimit,[2] quod nisi dirimisset, Boemi victores una' cum eis civitatis muros intrassent. Rex vero letus de victoria cum' suis victoribus ad sua revertitur

Margin notes: ' übergeschrieben P (beside "posse ad regem … sua'"); mediol' (Mediolanensium) (beside "primam militiam Mediolanensem"); ' una (beside "victores una'"); ' übergeschrieben P (beside "vero letus … cum' suis")

1) Propert. 4, 10, 36: nec mora fit, plano sistit uterque gradum.
2) Sall. Jug. 60: Denique utrimque praelium nox diremit.
3) Otto Mor. 55 nennt Tazo di Mandello u. Girardus Vicecomes, duos nobilissimos Mediolani capitaneos, als gefallen. Vgl. auch Rah. III, 40 S. 214 Anm. 5, wo es sich aber um das von Vinzenz unten S. 56 berichtete Gefecht mit Heinrich v. Österreich handelt.